

A n n a g e

Sub Num. I.


Theodericus Dei gratiâ sancte Colonensis Ecclesiae Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius. Universis Nostre ordinarie Auctoritati subjectis Salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, qualiter presentiam nostram accedentes venerabiles viri Johannes Rosmit, & Heinricus de Ahuys Presbyteri Monasteriensis Diœcesis, in Nostrâ Civitate Colonensi cum nonnullis Clericis desiderantes Domino Deo servire, studium frequentare, & de Beneficiis suis, & aliis redditibus & bonis simul stare, & vivere in communi, quedam exercitia Presbyteris & Clericis in communi viventibus congrua, & honesta, & per Doctores Universitatis Colonensis admilla, & ut eorum patuit literis, approbata, Nobis humiliter proposuerunt, super eidem nostram ordinariam, siquâ opus esset auctoritatem requirentes, Nos vero eorum bono proposito, & pietatis exercitiis hujusmodi congaudentes ipsis Johanni & Henrico, & si qui bona fame, laudabilis vite & honeste conversationis Presbyteri vel Clerici se eis in tali proposito adjunixerint, Nostra Ordinaria auctoritate damus & concedimus licentiam specialem, licentiantes & approbantes ipsos posse simul in unâ domo, ut Deo melius serviant, comodosius vivant, & studio diligentius intendant, catholicè & canonice vivere in communi, atque aliquem eis Presbyterum ad hoc magis idoneum in suum possint eligere Confessorem, qui tociens quociens opus fuerit, aliorum sic ut premittitur in communi viventium per se vel per aliquem suorum Sociorum Presbyterorum, cui hoc pro tempore duxerit committendum, confessiones audire valeat, eosque salutari pro modo culparum injunctâ penitentiâ absolvere, & sine jurisdictionis auctoritate qualicunque curam domûs & ipsorum, sicut bonus paterfamilias gerere specialem. Jure parochialis Ecclesie & cuiuslibet alterius in aliis semper salvo, dictique Presbyteri, & eorum ut premittitur, Socii idonii, quamdiu humiliter devotè, castè & concorditer simul stant, & vivunt in communi in Nostris Civitate & Diœcesi Colonensi, ad sui Sacerdotii executionem causâ devotionis, Cura tamen Capellanatus vel Vicecuratus officiationem licet alibi fuerint ordinati, dummodo per eos reperti fuerint idonei, licti admittantur & graciòsè, Statutis synodalibus, & aliis non obstantibus quibuscumque. Si vero quod absit, aliquis vel aliqui predictorum Presbyterorum vel Clericorum incontinenter, vel inhonestè seu quomodolibet aliter se minus bene & illaudabiliter rexerint, & aliis onerosus & molestus, ac onerosi & molesti fuerint, à dictorum laudabili conversatione & bono consorcio ciciùs expellantur, & sic expulsi presenti privilegio minimè gaudebunt extunc quomodolibet in futurum, reservantes Nobis & Posteris Nostris auctoritatem premissa interpretandi, declarandi, & aliqua eis addendi, seu diminuendi secundum rei qualitatem, prout Nobis & Jurisperitis hoc pro perpetua subsistenciâ imposterum salubrius & melius videbitur expedire. In quorum omnium & singulorum testimonium robur & firmitatem de certa nostra sciencia & mandato speciali Sigilli Nostri fecimus appensione communiri. Datum anno Domini millesimo quadragesimo decimo septimo die septimâ Mensis Marcii.

L. S.
Archieppolis.

Sub

Sub Num. 2.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Preposito sancti Andreæ Colonien. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Sedis Apostolice circumspecta benignitas justis consuevit desideriis favorabiliter annuere, & ea que pro animarum salute, nec non divini cultus augmentatione processisse comperit, libenter Apostolici confovet muniminis firmitate. Sane pro parte dilecti Filii Henrici de Ahuys Presbyteri Monasteriensis Diœcesis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim ipse & quondam Johannes Rossmi Presbyter cum nonnullis Clericis altissimo servire, studium frequentare, & de beneficiis suis aliisque redditibus & bonis simul in communi vivere, nec non congrua & honesta ac Presbyteris & Clericis in communi degentibus licita exercitia facere desiderassent, venerabilis Frater Noster Theodoricus Archiepiscopus Coloniensis eis auctoritate ordinariâ concessit, ut ipsi Presbyteri ac illi, qui se eorum Societati adjungerent, ac laudabilis vite honesteque conversationis essent, simul in unâ domo catholice & canonice in communi vivere nec non aliquem ex eis Presbyterum magis idoneum in ipsorum Confessorem eligere possent, ac ipse Confessor vel ille ex dictis Presbyteris cui id committeret, quotiens opus foret, singularum inibi in communi viventium confessiones audire & à suis criminibus peccatis & excessibus absolvere, nec non salutarem eis penitentiam injungere valeret, quodque dicti Presbyteri quandiu humiliter devotè, castè & concorditer simul starent, & in communi viverent in Civitate & Diœcesi Colonensi ad Sacerdotii executionem devotionis causâ dummodo idonei essent, licite admitterentur, prout in literis autenticis desuper confessis ipsius Archiepiscopi Sigillo munitis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat dicti Henricus & Johannes, ac quondam Henricus Humolt alias de Curbach etiam Presbyter quondam domum dictam zo Widenbach infra limites parochie parochialis Ecclesie sancti Mauricii Colonensis consistentem cum vinea sibi contigua, nec non quibusdam libris clenodiis utensilibus & aliis bonis, que tunc ad ipsos communiter ac legitimè spectabant eisdem Presbyteris, & Clericis in communi viventibus donaverint & pro illis instituerint, pro parte ipsius Henrici de Ahuys Nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessioni, donationi & institutioni predictis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolice confirmationis adjicere, & alias ipsorum in communi viventium statui & indemnitatibus premisis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque, qui de premissis certam notitiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus si & postquam tibi de concessione, donatione & institutione predictis legitime constiterit, illas nec non quecunque secuta auctoritate Apostolica approbes & confirmes supplendo omnes defectus, qui forsan intervererint in eisdem, & insuper si dilecti Filii Rectoris dictæ Ecclesie accesserit ad id assensus, Presbyteris & Clericis in dictâ domo caste & in communi pro tempore degentibus, ut inibi Capellam sine campanili fundare & erigere, sive fundari & erigi, Missas quoque & alia divina officia etiam tempore interdicti in prefata civitate positi, dummodo illi causam dicti Presbyteri & Clerici ibidem non dederint, januis clausis, nec non excommunicatis & interdictis exclusis, ac submissa voce in eorum, ac suorum familiarium domesticorum continuorum comensalium presentia celebrare ac celebri facere, quodque ipsi ac dicti familiares, quotiens eis videbitur, idoneum qui eorum confessionibus auditis, ipsos ab omnibus suis criminibus peccatis & excessibus in singulis preterqtam Sedi Apostolice reservatis casibus absolvere ac eis penitentiam salutarem injungere, nec non Ecclesiastica Sacraenta & Sacramentalia ministrare possit, eligere valeant, eadem auctoritate Apostolica concedas, Jure tamen dictæ Ecclesie & cuiusvis alterius in omnibus semper salvo, non obstantibus constitutionibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo secundo nonis Octobris Pontificatus Nostri Anno secundo.



Sub

Sub Num. 3.

Theodoricus Dei Gratiâ sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, S. Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux &c. &c. Universis Nostræ ordinariae potestati subjectis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Novit Universitas Vestra, quod nonnulli zelo devotionis moti, & amore divini cultûs super quarundam personarum statu Nostræ Civitatis, & Archidioecesis Coloniensis insimul in suis domibus degentium Nobis humiliter proposuerunt, quod frequenter dictæ personæ vitam suam, & modum vivendi plurimis viris literatis, & intelligentibus sacrae Theologiæ videlicet, & Decretorum, ac legum Doctoribus examinandam & discutiendam in scriptis causa consilii tradiderunt, quodque ipsi sacrae Theologiæ Decretorum & Legum Doctores nihil in his illicitum, nihil divinis Scripturis dissonum, seu sacris Canonibus reprobatum invenientes post diligentem examinationem scriptis & approbationibus præfatarum personarum modum vivendi licitum, & meritorium confirmabant. Verum quia Nobis specialiter incumbit, super hujusmodi personarum vita disponere authoritate Nostra ordinaria, ipsique pro parte dictarum personarum Nobis humiliter supplicabant, quatenus etiam Nos in divini cultûs augmentum, in favorem, pacem, & tranquillitatem dictarum personarum Nostrum dignaremur adhibere consensum, ac etiam, si qua opus esset, prædictæ authoritatis, & commissionis licentiam & approbationem gratiosius impartiri; Nos verò hujusmodi petitioni utpote rationabili annuentes, ac subditorum Nostrorum devotio meritò congaudentes præfatis personis ubilibet in nostris Civitate & Diœcesi Coloniensis constitutis, seu insimul, ut præmittitur, habitantibus, & eis succedentibus prædicta Nostra ordinaria authoritate damus & concedimus, si qua alia opus sicut præter divinæ Legis & Juri communis licentiam & approbationem specialem licentiantes & concedentes, quod ipsæ præfatae personæ & eis succedentes possint simul plures in eadem domo cohabitare, ut securius Deo serviant, & commodosius vivant, simul comedere, & propria si quæ habent, & quæ de labore acquirunt, ad invicem liberè communicare & de laboribus vivere in communi dum tamen non mendicent; ac etiam, quod pro tempore possint habere unam vel duas personas probas, quæ gubernationem domûs habeant, cui vel quibus absque promissione vel obligatione in bonis consiliis vel piis monitis acquiescent, aliásque bonas consuetudines & pias observantias mandatis divinis & ecclesiasticis non contrarias licite observare, ac prout earum tranquillitati & concordia congruit ordinare, dummodo tamen novam religionem contra Sedis Apostolicæ prohibitionem non instituant, nec habitum novæ religionis, & reliqua contra extravagantes Johannis XXII. non assumant, nec alia illicita, prohibita, vel erronea usurpent, sed potius se invicem secundum præceptum evangelicum fraterna correptione studeant de illicitis increpare, & ad omnia licita & honesta, ac Dei servitutem piis verbis, & familiaribus colloquiis admonere, Ecclesiæ Prælatis & curatis humiliter subjecte & reverenter obediendo. Ceterum volumus, & ordinamus, ut dictæ personæ in singulis domibus seu conventibus Nostræ Civitatis & Diœcesis Coloniensis singulis annis suis expensis aliquem Præpositum vel Priorem Canonicorum Regularium Civitatis vel Diœcesis Coloniensis in suum advocent Visitatorem, qui eosdem ut castè & concorditer in communi, ut præmittitur, vivant, nec aliquid sinistrum, vel illicitum faciant, seu præsumant, sed Ecclesiæ devotè frequentent, Romanæ Ecclesiæ Nobis & Successoribus Nostris, suisque Prælatis & Curatis reverenter & humiliter obedient, nullis erroribus se involvant, sed intimæ caritatis amore sibi invicem serviendo in spiritu humilitatis & castitatis Altissimo famulentur, ex præsenti commissione visitet & informet, qui si aliquam vel alias in domibus seu conventibus prædictis à dicto modo vivendi aberrantes invenerit, corripiat & admoneat, quæ si se emendare ac bonis monitis acquiescere noluerit, de dictis domibus & Conventibus Nostrâ authoritate per dictum Visitatorem expellantur, alicujus super hoc licentia minimè requisitâ, ne una ovis morbida ceteras inficiat. Insuper distictius mandando prohibemus, ne quisquam contra Nostram licentiam prædictum modum vivendi licitum, & Deo gratum audeat impugnare, seu ipsas personas occasione præmissorum quomodolibet molestare. *Nobis tamen & Successoribus Nostris Nostrâ ordinariâ visitatione, & aliis circa præmissa opportunis semper salvis & reservatis, ac jure parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in aliis semper salvo.* Datum Coloniae sub sigillo Nostri Vicariatus anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo die ultimâ mensis Januarii.

(L.S.)

Sub

Sub Num. 4.

Infrascriptus authoritate Archiepiscopali commissoriâ D. Maafs Collegii Clericorum in communi viventium in Widenbach intra Coloniam Rectorem coram Capitulo ejusdem à me convocato, adhibitis Domino Advocato Fisci Consiliario Aulico Brammertz, & Notario Fisci von Feldt Officio Rectorali, causis excessuum, & defectuum enormium ei propositis privavi, in ordinem sibi inter Collegas ex admissionis tempore competentem transire jussi, facultatem Capitulo congregato concessi novum Rectorem de gremio suo eligendi, diémque electionis præfinivi, cui declarationi se præmemoratus D. Maafs sine ulla contradictione cum promptâ obedientia submisit, omnésque Capitulares præsentes (unico D. Schieffban, qui tunc Tulpeti Vicariâ Collegio incorporata fungebatur, absente) reverenter acceptarunt Sententiam privatoriam, & ad electionem die indictâ processerunt, laudatimque D. Schieffban concordibus votis elegerunt, peracto à me solenni Sacrificio Missæ votivæ de Spiritu sancto. Illo optimæ memoriae Rectore defuncto feci ad novi Rectoris electionem coram me procedi; electus D. Schüller, eo tempore Collegii Procurator, pariter vitâ brevi tempore consumatâ defunctus est. Rectoratu per ejus obitum denuò vacante ad electionem novi Rectoris Dni Krott processum fuit coram me Commissario. Ordinationes varias Disciplinæ dissipatae reformatorias, etiam œconomicas successivè feci, nulla in contrarium oppositâ seu per integrum Collegium, seu per quempiam in particuliari, exceptione. 8. Jan. 1776.

In Fidem

(L.S.) Jo. Godef. Kauffmanns

Sigillifer Major mpp.

Sub Num. 5.

Ends unterschriebene bekennen hiemit der Wahrheit zu Steuer, wie daß Wir an dem vom ehemaligen Rectoren Krott nach Wien genommenem Recurs keinen Antheil nehmen, und daß wir zur Abgebung dieser Erklärung oder Renunciation unter keinerley Vorwand seyen gezwungen worden, sondern solche aus ganz freyen Willen jederzeit ertheilet haben, und annoch ertheilen.

Weiters bezeugen Wir, daß verschiedene Stiftungen von denen bey uns in Kost und Wohnung gestandenen Weltlichen, als nämlich von Everhard Hardenraadt, Petern Portz, von Bornheim und Wolffkeel sc. dem Collegio in vorigen Zeiten zugekommen, und daß zu Unsern Tagen annoch die Pastores Tollhausen und Birckenbüsch, wie auch der von neun Jahren her annoch bey Uns lebende Geistliche Königshoff von hoher geistlichen Obrigkeit zu Unserm Collegio ad Mensam, habitationem & recollectionem seyen hinverwiesen worden. Urkund eigenhändiger Unterschrift Köln den 16ten Sept. 1770.

Gerhard Bertram Kappel Senior Capitularis mpp.

Henricus Gewer mpp.

Josephus Claren mpp.

Extractus Diptychorum Collegii Weidenbacensis.

1588. 8. Aprilis obiit nobilis Everhardus Hardenraadt commensalis noster.
1597. 15. Aprilis obiit Petrus Portz commensalis noster.
1642. 16. Maii obiit Christianus von Bornheim commensalis noster.
1556. 1. Julii obiit nobilis Henricus Wolffkeel commensalis noster.
1673. 19. Octobris obiit commensalis noster &c.

Sub

Sub Num. 6.

Anno Domini 1736. die verò 19. Novembris R. D. Kappel Sacerdos Collegii Weidenbaciensis instituit actionem contra R. D. Rectorem, ceterosque Capitulares dicti Collegii, in quā D. Kappel conqueritur sibi injustè à suis Confratribus detrahi emolumenta & utilitates sibi uti & ceteris Collegio adscriptis competentes, postquam causa hæc acriter sit ventilata, tandem

Lunæ 2. Octobris 1741.

In Judicio &c. Ningelgen pro justitia instanti &c. Reverendissimus & Perillustri D. Officialis publicavit tenoris sequentis

Sententiam.

In causa R. D. Kappel impetrantis ex una, contra RR. DD. Rectorem & Capitulares in Weidenbach opposentes ex altera partibus, viis actis: de consilio impartiali Decreto Nostro in punto Juramenti calumniae pro purificato, causaque pro conclusa habitis dicimus & pronuntiamus, opposentes ab instituta actione quoad laudem, mobilia Defunctorum, aliisque corpus redditum assertim constituentia à die discessus impetrantis ad Pastoratum Breisigensem usque ad diem reassumptionis ejusdem ad Capitulum absolvendos, à die reassumptionis autem prætaeta emolumenta, uti & jura noviter admissorum indistinctè, quatenus ex uno vel altero dictorum emolumentorum & jurium quidquam restet, eidem impetranti pro quota sua exsolvenda esse, prout hisce absolvimus, & exsolvenda decernimus, impetrantem in expensas hujus litis M. N. S. condemnantes.

Quā publicatā Sententiā Ningelgen egit gratias pro bene sibi administrata justitia.

Exadverso Brunninghausen pro Virnich ab eadem in continenti stante pede & vivâ voce appellavit &c.

Eodem post prandium Virnich coram Protocollo personaliter comparendo ratificavit appellationem per Procuratorem Brunninghausen in sua absentia interpositam, petens desuper ad Protocollum & Acta referri.

Quam interpositam appellationem R. D. Kappel in sacra Nuntiatura introduxit, in qua

Veneris 4. Maii 1742.

In termino & hora coram Reverendissimo & Perillustri D. Auditore Generali in sacra Nuntiatura præfixis comparando Procurator Ningelgen, factaque debitâ pro publicatione Sententie instanti ego Causæ Notarius publicavi tenoris sequentis præsentibus Joanne Larois & Henrico Lassing testibus

Sententiam.

Hieronymus de Cosatti J. U. D. Protonotarius Apostolicus & sacræ Nuntiaturæ ad tractum Rheni Auditor generalis, causæ seu causarum ac partium infra scriptarum **Judex Commissarius** ab Illustrissimo & Reverendissimo D. Nuntio Apostolico specia- liter datus ac deputatus.

Christi Nomine invocato coram Tribunalí sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam in his scriptis de Jurisperitorum consilio ferimus, in causa & causis, quæ primo & in prima coram D. Officiali Colon., in secunda seu alia veriore coram Nobis versæ fuerunt & vertuntur instantia, inter R. D. Kappel appellantem ex una, & RR. DD. Rectorem & Capitulares in Weidenbach appellatos ex altera partibus, de & super præstatione emolumentorum, rebusque aliis, de quibus in Actis per Nos viis, dicimus, decernimus ac definitivè pronuntiamus, per dictum D. Officiale bene judicatum, malè verò appellatum, proinde sententiam à quā confirmandam & approbandam fore & esse, prout hisce confirmamus & approbamus, partem appellantem in expensas coram Nobis causatas condemnantes, quarum taxationem Nobis vel cui de jure Imposterum reservamus, & ita dicimus, decernimus ac definitivè pronuntiamus non solum præmisso, sed & omni alio meliori modo. Dat. Colonæ 4. Maii 1742.

(L.S.)

Ita pronuntiavi ego
H. de Cosatti Auditor Generalis & **Judex Commissarius**.

Quā publicatā sententiā Ningelgen egit gratias pro bene sibi administrata justitia.

b

Sabbati

Sabbati 5. Maii 1742.

Coram Protocollo R. D. Kappel personaliter comparens stante pede & vivâ voce à Sententiis primæ & secundæ Causæ provocavit, & appellavit ad D. Judicem quemcunque Superiorum, spe melioris justitiae consequendæ i. 2. & 3^o instanter, instantius & instantissimè petens sibi de Apostolis testimonialibus responderi, idque præsentibus DD. J. H. Veith & N. Rothman testibus ad hoc requisitis.

Pro extractu Protocolli

T. L. von Feldt. Curiæ & Causæ Notarius mpp.

Veneris 5. Novembris 1751.

In Judicio præside Reverendissimo & Perillustri D. Officiale &c. Hoening pro justitia instanti &c. benefatus Reverendissimus & Perillustris D.
Officialis tulit tenoris sequentis

Decretum

In Causa recursus seu provocationis à Decreto provisionali Reverendissimi Domini in Spiritualibus Vicarii Generalis, Domini Rectoris & Capitularium Collegii in Weidenbach recurrentium & provocantium ad nos tanquam Judicem ordinarium primæ Instantiæ pro tota Archidiœcesi Coloniensi, Autoritate Archiepiscopali ordinariæ constitutum ex una, contra Priorissam & Conventuales Monasterii S. Apolloniae in Mommerslach opponentes seu provocatas ex altera partibus, visis originalibus hinc inde, tam in Vicariatu, quam in hac Curia exhibitis, cum legali extractu Protocolli, firmo interim, & usque ad aliam Ordinationem nostram, manente Decreto provisionali Reverendissimi Domini Vicarii Generalis, quoad continuandam lectionem duarum Missarum hebdodalium & recuperationem Missarum neglectarum, sub poena Immissionis in bona prætaeti Collegii pto rata decernendæ, & constituendi in eventum alterius Sacerdotis, quatenus recurrentes infra ordinatum causas in jure relevantes deduxerint, quare Collegium retentæ pro suo commodo & lucro hæreditate quondam Rectoris Kistenmacher, adeoque ejusdem hæres ad solvendum ejus debitum obligatus non fuerit, nec desuper cum Monasterio transigere, ac mediante transactione & se & successores erga retentionem dictæ hæreditatis ad onus duarum Missarum hebdodalium obligare non potuerit, quatenus præterea super notorio & confessato lapsu temporis 37. annorum à tempore innitæ transactionis, imò super allegata per Monasterium possessione temporis immemorialis se pertinenter & specificè declaraverint, ordinabitur hoc prævio ex præsentandis actis ulteriùs, quod juris.

Tilmannus Josephus Godesberg, Officialis.

Veneris 2. Aprilis 1762.

In Judicio ac ultimâ ante Ferias paschales audientiâ Præside Reverendissimo ac Perillustri D. Officiale &c. Wafferfall ex actis præsentatis pro Justitia instanti &c.
benefatus D. Officialis tulit Tenoris seq.

Decretum.

In Causa recursus seu Provocationis à Decreto provisionali Reverendissimi D. Vicarii in Spiritualibus Generalis, D. Rectoris & Capitularium Collegii in Weidenbach recurrentium & provocantium ad Nos tanquam Judicem ordinarium primæ Instantiæ pro tota Archidiœcesi Coloniensi, Autoritate Archiepiscopali ordinariæ constitutum ex una, contra Priorissam & Conventuales Monasterii S. Apolloniae in Mommerslach opponentes seu provocatas ex altera partibus, visis denuo actis: ex nunc in supinam contumaciam mandatum de immitendo in vim Decreri nostri de 8^{va} Martii, tam quoad expensas, quas detracta Summa minori ad sexaginta tres fl. Col. moderamur, quam quoad statum debiti pro neglectis, designatum, indilatè à Notario causæ expediri, nec non Missas per D. Presbyterum Ernée legi mandamus.

Joannes Arnoldus de Schoenheim, Officialis.

Lunæ

Lunæ 20. Junii 1763.

In Judicio Praeside Reverendissimo & Perillustri D. Officiale &c. Wasserfall docendo
de Sententia remissoria exhibet eandem in Originali, petens eandem actis adscribi

Tenor dictæ Sententiæ.

In Causa A. R. D. Rectoris & Capitularium Collegii in Weidenbach h[ab]it Coloniæ appellan-
tium ex una, contra Dominam Priorissimam & Conventuales Monasterii S. Apollonie in
Mommerslach ibidem appellatas ex altera partibus, visis actis & adhibito Jcti impartialis
Consilio, Appellationem denegamus, & caufam pro Executione Decretorum à quibus per
Reverendissimum D. Officiale Colon. latis, ad eundem cum expensis remittimus. Datum
Coloniæ die 23. Sept. 1762.

(L.S.)

C.A. Archiepiscopus Nicænus, Nuntius Apostol.

De Mandato

Pet. Jac. Busch, Abbreviator.

Pro Extractu Protocolli

T.L.von Feldt, Curiaj Notar. ac Sententiar.

Veneris 10. Maii 1754.

In Judicio Praeside Reverendissimo D. Sigillifero majore &c. Steinhoff fundando &c.
reproducit Monitorium cum citatione solvendi ex concredita carne de anno 1749-
usque in annum 1754. ad tempus quadragesimale vigore communicatorum compu-
tuum debitos septingentos quinque Imperiales 44- albos cum expensis, debitè exe-
cutum; & in Contumaciam ex adverso non solventis petiit eum in finem alium bre-
vem terminum sub poena arbitraria præfigi.

Prout Revendissimus Dominus Judicij Praeses ad præmissum effectum præfixit odi-
duum sub poena petita.

Veneris 17. Maii 1754.

In Judicio Praeside Reverendissimo D. Sigillifero Majore &c. Ningelgen senior ad
Causam E. Q. S. comparendo exhibet paritionalem Remonstrationem cum copia.

Tenor dictæ Remonstrationis.

Reverendissime!

Reproductum Monitorium solvendi à Lanione Hermans mihi intimatum rimâ cur-
rentis Maii cum debitâ reverentiâ suscepi, neque debitum diffiteor, & bene debitâ
solvendi impossibilitatem confiteor: notorium enim est, qualiter tempora per se sint
misera, & qualiter Collegium in redditibus exiguum per dispendiosam item cum D.
Confratre Kappel, quâ tandem terminatâ onus pensionis annua ad 60. imperiales im-
positum fuit, summopere enervatum est, unde me à contumacia liberari peto, im-
potentia pro nunc attendi, quam, ut spero, Deus tollere dignabitur, pro quo omni
possibili modo laborabitur; quare Monitorium Rma Dignitas Vestra viso prompto
animo, ut patientiam habeat, ad eandem paulisper remittere, ut sic mecum dividat,
quod invitus sustineo
Desuper &c.

Reverendissimæ Dignitatis Vestre

Orator humillimus

Maass, Rector Collegii in Weidenbach
Pet. Ningelgen, Sen.

Pro Extractu authentico Protocolli judicialis.

E.J. Schierhoven, Curiaj Archiepiscopal & Elector. Colon.
Notar. Actuarius mpp.

Anno

Anno Domini 1757. Die vero 19. Januarii Venerabile Collegium Weidenbacense contra R. D. Kappel ejusdem Collegii alumnū instituit actionem, quā dictum Collegium conqueritur, quod D. Kappel emolumenta & utilitates, quibus Capitulares dicti Collegii gaudent, participare velit, quin tamen onus sentiat; hinc omissis ceteris.

Lunæ 8vā Maij 1758. in Judicio Præside Reverendissimo & Perillustri D. Officiale Ningelgen pro Justitia instantē &c. benefatus Reverendissimus & Perillustris D. Officialis tulit tenoris sequentis

Decretum.

In Causa Collegii in Weidenbach impetrantis ex una, contra R. D. Kappel ibidem opponentem ex altera partibus, reviso originali convoluto cum legali extractu terminorum, refutationem finalem submissivam loco replicæ ex parte Impetrantis Collegii imā Aprilis Nobis ad convolutum præsentatum hisce ad Protocollum remittimus, ibidemque registrari, nec non Opponenti cum termino octidui ad effectum se desuper duplicando declarandi communicari mandamus; interim eidem opponenti, ut citra quodvis causæ & jurium partium præjudicium, in Collegio adinstar aliorum Sacerdotum in communi viventium statutis consuetudinibus & regulis ejusdem Collegii conformiter vivat, atque se gerat, provisionaliter, usque ad aliam nostram Ordinationem, seriò & distictè præcipientes.

Joannes Arnoldus de Schoenheim, Officialis.

Quod præinsertum Decretum R. D. Kappel sibi gravatoriale putavit, hinc causam hanc per viam Appellationis in sacra Nuntiatura introduxit, in qua autem causa hac ad Reverendissimum & Perillustrem D. Officiale remissa est, prout docet sequens

Sententia.

In Causa R.D. Kappel Collegii Weidenbacensis hic Coloniæ Sacerdotis alumni Appellantis ex una, contra R. D. Rectorem & Collegium ibidem appellatos ex altera partibus, visis actis, Appellationem denegantes, causam pro ulteriori justitiae administratione cum expensis ad D. Judicem à quo remittimus. Datum Coloniæ 24. Januarii 1759.

(L.S.)

M. Archiepiscop. Trajanop. Nuntius Apostol.

De Mandato

Ferdinandus Stamm, Abbreviator.

Agitatâ hacce Causâ dein coram Reverendissimo & Perillustri D. Officiale, tandem Sententia definitiva pronuntiata est in modum sequenter:

Veneris 1. Februarii 1760. in Judicio Præside Rmo & Perillustri D. Officiale &c.

Ningelgen pro Justitia instantē &c. Rmus & Perillustris D. Officialis publicavit tenoris sequentis

Sententiam.

In Causa Collegii in Weidenbach impetrantis ex una, contra D. Kappel ibidem opponentem ex altera partibus, reviso originali convoluto cum legali Extractu terminorum: de consilio impartiali dicimus & pronuntiamus, impletans Collegium à præstando vitalito in transactione de 27. Februarii 1749. memorato, pro præterito absolvendum, pro futuro vero opponentem, ut aut in conformitatem ejusdem transactionis erga receptionem nummorum innibi stipulatorum intra duorum mensum spatium hisce peremptoriè præfixum, alium locum religiosum eligat, aut se communibus statutis, regulis & præceptis antedicti Collegii Weidenbacensis in omnibus accurate & continuo conformet, proprietatemque in particulari, adductâ dispensatione & licentiâ inattentâ contra institutum vitæ communis, desuperque emissum ab ipso juramentum haud affectet, sed proprium, quod prætensè habet, & deinceps habiturus est, taliterque & vina qs. arbitrariæ superioris dispositioni subjiciat, ac quoque utensilia aliorum translata ad suos usus domesticos reassumat, condemnandum fore & esse, prout hisce respectivè absolvimus & condemnamus, expensis hinc inde ex causis animum nostrum moventibus compensantes.

Joannes Arnoldus de Schoenheim, Officialis.

Pro Extractu Protocolli
T. L. von Feldt, Curia & Causæ Actuarius.
Sub

Sub Num. 7.

Fridericus divinā favente clementiā Romanorum Imperator semper augustus, Hungarie, Dalmacie, Croacie Rex, ac Austrie, Styrie, Karinthie & Carniolie Dux, Dominus Marchie, Sclavonie ac Porcus Maonis, Comes in Habspurch Tyrolis &c. &c. Ad futuram rei memoriam. Dum inter universalis gubernacula Majestatis quibus Altissimo disponente universo præsidemus orbi ad cunctos quosque Noſtre confideracionis intuitum dirigimus divinā tamen propulsione attacti, precipuum sacras ad Edes earumque personas & cultum favoris Noſtri vultum propensiūs convertimus, ut quos Dei mancipio dicatos crebris follicitudinibus ejus obsequio invigilare cernimus, eos à Noſtræ benignitatis munificentia alienos non fecernamus, sed ut Noſtris profuis commoditatibus perficiendis gratulentur beneficiis, cum sacris Nos semper suarum orationum incluserint devotis officiis. Hinc ad Vos devotos fidelēsque Noſtros Rectorem atque Presbyteros & Clericos, totumque Conventum Domus in Wydenbach Civitatis Noſtre Colonensis, de quorum vita commendabili, devocione sincerā, conversionis honestate ac morum ornatu non solum fama flagrante recepimus odorem, quin & experientia propria didicimus veritatem Noſtre Clementie Imperialis liberalitatem favorosius extendentes Vosque Vestrosque in eadem vita posteros Successores & sequaces de corpore ejusdem domus in simplicitate & abjectione, inque communi usu bonorum vestrorum absque proprietate sine tamen mendicitate ex opere etiam vestro manuali alias Presbyteris & Clericis secundūm formam ab Apostolo doctrina & exemplo traditam lictō honesto & decenti caste concorditer debitaque sub obedientia, ac alias rite & legitime prout Canonicos etiam ſeculares de jure communi & secundūm honestatē decet, hanc vitam erumnosam ſalubri meatu transfigitis vestrosque in eadem vita posteros Successores & sequaces de corpore ejusdem domūs pro tempore existentes in Noſtros & ſacri Romani Imperii Vicarios & Capellanos ex nunc in antea & in perpetuum motu proprio certaque sciencia & plenitudine Cesareae potestatis creamus, recipimus, facimus instituimus & investimus, nec non Vos & ipſos vestros posteros Successores & sequaces atque Ecclesiā vestram infra septa dictē vestre domus, & illius edificiorum exstructam ad honorem sancte & individue Trinitatis glorioſe ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ & sanctorum Angelorum dedicatam Collegialemque dudum auctoritate Apostolica effectam, & insignis Collegialibus decoratam in Noſtrum & ſacri Romani Imperii Collegium non tamen niſi pro communi ac alias vita laudabili ſupra deſcripta ibidem continuanda ſeu deducenda in nomine Domini acceptamus. &c. &c. Finis Datum in Civitate Noſtra Colonensi Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto die vero vicesima tercia mensis Septembris Anno Regnorum Noſtrorum Romani tricesimo ſexto, Imperii vicesimo quarto, Hungarie vero decimo septimo.

Sub Num. 8.

Ordinatio Archiepiscopalis pro Collegio Clericorum
in communi viventium in Weidenbach

Anno 1756 iudicis Augusti publicata.

Cum juxta propheticam comminationem Sacerdotes, qui Sanctuarium Dei profanant corruptis moribus & negligentia rerum ad cultum ejus pertinentium pollunt, maledicti fiant coram Domino, & contemptibiles coram populo, Vos RR. Domini! vindicem dexteram Altissimi meritò post tot, sensistis, indicia divinæ ultionis magis revereri oportebat. Sed multiplicatae sunt de anno in annum prævaricationes; dissipata est magna pars bonorum, quæ tum pii Fundatores ad hujus vestri Collegii dotationem relinquerunt, tum Prædecessorum vestrorum parcitas & cura œconomica conservavit. Omnis decor vitæ collegialis Sacerdotum in communi viventium per detestabilem effrenatam libertatem quaquaversum cursitandi, ad popinas & obscura-

c

diver-

diverticula abjecto pudore transeundi non finè enormi Cleri & Populi scandalo evanuit. Instituti saluberrimi Fratrum, quo vos titulo insignivit primus vestræ Congregationis Autor venerabilis Gerardus, forma dec̄isque periit per foedas domesticas altercationes usque ad pridendas exprobationes ne in infima quidem plebe tolerabiles & vexationes humanæ cuicunque Societati maxime perniciosas & eò magis abominabiles in Vobis, quò plures habetis ad fraternalm charitatem & cohabitationem obligationes vestra coram Deo & Collegio publicè facta promissione sanctitas, immò consecratæ Deo manus, quibus in tremendo Sacrificio Agnum immaculatum pacis Donatorem tractatis, ad damnatam per Ss. Canones & horribili pœnâ excommunicationis punitam percussionem aliquoties protensa sunt. Præterea quasi Deus vobis venter esset, principalis cura sæpè fuit aliquibus vestrū de cibo, de potu, de recreationibus usque adeò, ut anniversaria pro animarum forsan in flammis piacularibus purgatoriis suspirantium & vestra auxilia exspectantium refrigerio fundata per aliquot annorum decursum eo solo prætextu intermissa sunt, quia vinum non datur, quod paupertas & decumana debita aliorum culpā, aliorum silentio in dispendium & ruinam Collegii contrafacta porrigere non permittebant, extorquere per impiam hanc vim non erubescitis. Sacrum pastionis corporalis condimentum, nempe piorum librorum lectiōnē tempore prandii & cœnæ ex statutorum præscripto faciendam aut prorsus omittere, aut negligentissimè tractare Religioni sibi non duxit vestra Communitas.

Tandem creditorum frequens vexatio, defectus pecuniae ad alimentorum procautionem necessariae, dissidia intestina, alaque, quæ inde nascuntur, incommoda ad Nostrum, quo Autoritate Archiepiscopali fungimur, officium delata sunt. Deliberatum est diu usque ad Creditorum vestrorum impatientiam de mediis opportunis, ut Collegium vestrū ad extremum declinans interitum, quoquo fieri meliori modo posset, servaretur. Tandem nunc præliminaires Nostras Ordinationes eum in finem directas ad desideratum fastidiosi hujus negotii complementum perducturi statuendum duximus; Prout statuimus per præsentes:

1. Dominum Maass fidedignis attestationibus & productis documentis, propriæ etiam Confessione reum scandalorum enormium per œconomicas dissipations non tantum, sed & per incuriam disciplinæ minimè tolerabilem ab officio & titulo & honoribus Rectoratū, quo annis ferè viginti perfunctus est, depositum declaramus; ordine suæ receptionis contentus vivat imposterum inter Fratres, & ad communia Collegii munia instar cœterorum hujus Collegii Sacerdotum citra ullam exemptionis alicuius reservationem se obligatum sciat; siquid ad reparationem damnorum causatorum poterit imposterum contribuere, juxta scientiam & conscientiam suam, tanquam aliquando rationem suæ villicationis coram tremendo Judice redditurus, fideliter aperire tenebitur, ut foedæ dissipationis, quæ patrimonium Christi suā prodigalitate & incuriā diminuere non erubuit, maculam in tantum res collapsas restaurando, & rursum erigendo deterga, quantum poterit, cùm ad impossibile nemo teneatur; exprobationibus autem exponi non debet, tales enim subvertunt charitatem Fratrum, & ad nihil utile est animos mutuis improperiis exasperari; major Collegii pars per cœcam conniventiam & damnosum silentium se culpæ Rectoris fecit participem; siqui sunt culpæ exfortes, alienis peccatis commissis in spiritu charitatis condoleant, & ne committantur imposterum, communi studio, ut debent, providere non negligunt.

2. In locum vacantis prædicto modo Rectoratū placuit toti Collegio juxta concordia omnium vota 15tā Julii tanquam superiorem cum plena Rectori per statuta competente potestate quoad spiritualia & temporalia surrogare R. Dominum Schieban Collegii Seniorem & Tulpeti Beneficiatum; quam collegiale declaracionem Archiepiscopali Autoritate hisce ratificamus, confirmamus, expressè declarantes, quod hujusmodi actu juxta Nostrum desiderium & consilium factæ concordis electionis tanquam prorsus extraordinario nolimus ullo modo pro futuris vacationibus facere præjudiciale attentatum contra legitimè introductam & haec tenus usitatam confuetudinem statutis domesticis Collegii conformem de accersendis duobus confœderationis Rectoribus; sed hoc unum intenderimus & intendamus, ut Collegium debitum gravatum novis sumptibus ad eam extraneorum Rectorum convocationem necessariis non oneretur, & ut eò celerius mutatio ex gravissimis causis necessaria perficiatur, cùm damnorum enormium periculum sit in mora.

3. Bene-

3. Beneficium Tulpetanum Collegio à Pio II. incorporatum procuratâ debitâ servitutâ, mediante dispensatione legitima super ônore residendi, si hoc fundatio requirat, penes memoratum Reverendum Dominum Collegii Superiorem surrogatum ita remaneat, ut deductis dêducendis liberè de redditibus ad commune bonum sui Collegii disponat.

4. Omnes DD. Collegiales, nemine excepto, nisi quem notabilis infirmitas aut specialis causa priùs à R. D. Superiore particulariter toties, quoties talis evenerit, approbata excusaverit, horis nocturnis & diurnis S. Officii intersint cum religiosa modestia, sicut decet Dei Sacerdotes ad ejus cultum congregatos. R. D. Superiore per domestica negotia impedito, Senior exactiori Disciplinae in Choro servanda intentat; neque ulli fas sit finè R. D. Superioris aut Senioris præscitu & consensu à Choro ante finem S. Officii discedere.

5. Cùm probrosum sit omnibus Sacerdotibus, magis autem illis, qui regularis vitæ perfectionem imitantur, tabernas compotandi causâ intrare, plateas urbis otiosâ evagatione pererrare, omnes noverint, severissimè sibi hac libertate maximè indecorâ interdicti per Ss. Canones Ecclesiæ Catholice, per Statuta Nostra synodalia & ea, quæ sunt propria Vestri laudabilis Instituti Fratrum Clericorum in communi viventium.

6. Anniversaria omissa accuratè supputentur, & totidem sacra in singulos, nemine omnium hujus Collegii Sacerdotum exempto, distribuantur æquo numero, ut Sacrificium propitiatorium pro iis, quibus titulo justitiae obstricta est Vesta Communitas, Deo offeratur, & jus læsum, quo jam fieri modo potest, reparetur, imposterum verò rite cum cantu peragantur.

7. Omnium, quotquot ad Collegium pertinent, Sacerdotum sicut communis est mensa, ita communis est obligatio ad onera Sacrorum foris legendorum; sic bonum & jucundum erit habitare Fratres in unum, si emolumentorum simul & onerum æqua erit participatio; Senii tamen & infirmitatis rationem R. D. Superior habebit, prout rationabile esse & æquitati conforme judicaverit; imò ipsa lex charitatis validioribus dictabit, ut Senibus aut infirmis præbeant operam, & transitu ad distantiores Ecclesias vicem eorum supplere non refugiant: Frater, qui adjuvatur à Fratre, est civitas firma, ait Sapiens; & Apostolus monet: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

8. Semper mensæ adhibeatur sacra lectio tam in cœna, quam in prandio. Consideranda imprimis hæc admonitio S. Concilii Trident. data Episcopis Sess. 2., quanto magis Sacerdotibus non ad alium finem congregatis, quam ut Dei gloriam & suarum animarum Salutem promoveant, hæc inquam: *Ante omnia quilibet in mensa servet sobrietatem, moderationemque ciborum, deinde cum in eo loco sèpè otiosi sermones oriri soleant, in iprorum Episcoporum mensis sacra divinarum Scripturarum lectio admineatur.* Consideranda insuper exempla Ss. Caroli Borromæi & Francisci Salesii; de hoc vitæ historia memorat: *Mensa erat cibis vulgaribus, super eam lectio ad horæ dimidiæ intervalum, reliquum tempus prandii aut cœnae ita ducebatur, ut aut aliquid ex eadem lectione Sermonem suppeditaret, aut pium aliud sermocandi argumentum introduceret.* Hic autem ordo servetur: Meridie junior unum Capitulum ex S. Scriptura fernaculæ linguae juxta ordinem legat; deinde liber spiritualis aut juxta Reverendi Domini Superioris placitum determinandus prælegatur aut historia ecclesiastica; ad hanc prælectionem sacram omnes DD. Collegiales obligantur D. Seniore excepto; integrum quisque hebdomadam absolvat. Vespere junior Martyrologium sub initium cœnae legat, tum hebdomadarius lector meridianam lectiōnem prosequatur. Lectio meridiana S. Scripturæ & libri spiritualis aut historiæ conjunctim spatiū mediæ horæ absolvat, vespertina fere tantundem. R. D. Superior ex rationabili causa dispensare aliquando poterit, sed ne id leviter fiat, & à saluberrimo hoc medio benedictionem à Domino obtinendi Communitas desuecat, paternè providebit.

9. R. D. Superior stricissimè curabit, ut nemo de Collegio foris unquam pernoctet intra Civitatem, neque licentiam in serum vesperum emanendi concedat, neque extra nos ultra nonam intra Collegii septa commorari ullo modo patiatur; fœminæ ad interiora domus & cubilia nunquam admittantur.

10. Offi-

10. Officiorum Cellerarii & Custodis sedula ratio habeatur à R. D. Superiore, ut hi suo munere ritè & solicite fungantur. Hi gravem sibi obligationem sciant incumbere, ne in perceptione redditum & perceptorum annotatione, custodia & cura Collegium patiatur detimento. Inventarium supellestilium tum facrorum, tum domesticorum accuratum prædicti DD. Officiantes semper habeant, ut promptè possint de rebus sibi commissis, quoties opus fuerit, respondere. Templi & Altarium & sacrae supellestilis mundities diligentissime curetur, reparanda reparentur, caute omnia custodiantur. Hæc officia cum consilio DD. Collegialum R. D. Superior idoneis commitrat, &, an seorsim aliquem de Collegio Procuratorem constitui expediat, ejus prudentiae relinquitur, quantum hac officiorum multiplicatione opus non esse videatur.

11. Cum inutiles sint leges, nisi per media coercitiva ad earum observantiam urgantur illi, quos Dei præsentia, futurumque judicium, tum & ipsa honestas virtutum religionis, temperantiae, modestiae clericalis & obedientiae non movet, R. D. Superior noverit protectionem Serenissimi Domini Nostri Archiepiscopi in negotiis disciplinæ restituendæ, correctione abusuum in cultu divino, excessuum in evagationibus, debitæ functionis omissionibus, altercationibus committendorum nunquam defuturam esse, ut tandem aliquando ordinatè omnia fiant, & pristinus decor vitæ collegialis ad mentem piorum fundatorum resuscitere incipiat.

Quantum ad restitutionem debitorum & mensam, ulterius providebimus. Omnibus vehementer in Domino commendamus, ut fraternali se dilectione prosequantur; sobrietati, & quod præcipuum est, veræ religioni constanter intendant, & onus, quod amore Collegii in se R. D. Superior nostræ & communis omnium vestrum voluntate suscepit, non aggravetur, sed per reverentiam & obedientiam illi exhibendam tanto magis ad curam domus debitè gerendam animetur. Signatum Coloniae 31. Julii 1756.

Johannes Arnoldus de Schoenheim Officialis mpp.
Joan. Godefridus Kauffmanns Sigillifer major mpp.

Sub Num. 9.

Verzeichniß deren, unter ehemaligen Rectoren Krott, bey der erzbischöflichen Visitation vorgefundene Schulden des Collegii in Weydenbach.

	fl.	kr.
An das Collegiatstift St. Georgi binnen Cölln in Capitali	= 1500 =	
An fälligen Interesse	= 157 = 30	
An Jungfer Lindens zu Cölln in Capitali	= 1200 =	
An Herrn Pagen zu Cölln in Capitali	= 776 = 15	
An Herrn Erven, Vicarium in Capitolio B. M. V. zu Cölln	= 642 =	
An Herrn Pleunissen zu Cölln in Capitali	= 750 =	
An Herrn Seniorem Capitularem Kappel wegen prætendirten jährlichen Rostgeld à 60. Rthlr.	= 157 = 30	
Noch an denselben wegen aus seinem peculio anerkauften, und von Herrn Krott größtentheils Zeit seines Rectorats ohne Nutzen des Collegii verzehrten 60. Ahmen Wein, jede zu 18. flor. angeschlagen, facit	= 1080 =	
An Herrn Thenen wegen abgenommenen Medicamenten	= 150 =	
An gelehnten Geld bey Herrn Sensenschmidt	= 462 = 13	
An geborgten Wein bey Herrn Pleunissen, Kurth und Sensenschmidt	= 650 = 3	
An Herrn Advocaten Imhove	= 8 = 30	
An Ofenhändlern Pastrath	= 25 = 74½	
An Glasmacher Breuer	= 66 = 6	
An Fassbender Eschweiler	= 14 = 27	
An Wittib Beylen Bierbauers	= 15 = 57	
An Leyendeckern Geul	= 24 =	
An Wittib Klein Schlächters	= 19 = 30	
An Steinmeckern Schunk	= 9 =	
An Herrn Dusseldorf, Erberß und Wittib Pauli wegen geborgter Kerzen	= 63 = 9	
An Herrn Ferrari wegen geborgten Gewürz und Oehl	= 52 = 30	
An Schmidt Hochum	= 3 =	
An Schreinern Wilkens	= 30 =	
<hr/>		
	Summa -	7857 = 4½

Sub Num. 10.

Sabbati 13. Augusti 1768.

In vim specialis clementissimi Commissorii Eminentissimi & Reverendissimi D. Maximiliani Friderici Archiepiscopi & Principis Electoris Colonensis Domini Nostri clementissimi d. d. Bonnæ 26. Julii a. c. à Reverendissimo & Perillustri D. Joanne Philippo de Horn-Goldschmidt, Canonico Metropolitanano & Archidiœcesis Colon. Vicario Generali, præviâ indictione & citatione de 8và hujus legitime intimatâ, & cum nota factæ insinuationis legaliter reproductâ, instituta fuit visitatio Archiepiscopalnis Fratrum Collegii S. Michaelis in Weidenbach intra Coloniam, atque invocatâ, mediante Sacro, gratiâ Spiritus sancti, habitâ etiam præviè à Reverendissimo nervosâ dictione de fine, & utilitate Visitationis, omnibus Fratribus in majori Conclavi congregatis prælectum fuit clementissimum Commissorium sub Num. 1. infra huic Protocollo subjectum, quo prævio jussit Reverendissimus à Rectori exhiberi

1.) Statuta Collegii.

Sed Rector respondebat, se non habere, nec vidisse, nec legisse Statuta; tam stupidum Caput repræsentabat Rector, ut loco Statutorum exhiberet Recapitulationes, quas Fratres inter se fecissent sub Num. 2. Ex quo de nullatenus observata disciplina & incapacitate Rectoris satis colligere licet; qui Rector etiam exinde eam patiebatur confusione, quod Senior ipsi objiciebat, in Camera Rectoris tot annis jacuisse statuta, & tamen Rectorem suam culpam nec vidisse, nec scire &c.

2.) Jussit Reverendissimus Ordinationes Reverendissimorum Ordinariorum successivè emanatas exhiberi.

Sed Ordinationes nullæ fuerunt exhibitæ, quamquam plures emanaverint post ultimam Visitationem anno 1754. peractam.

3.) Statutum specificum activorum.

Loco statutum activorum exhibitus fuit liber recipiendorum annuorum redditum & pensionum, non à Rectori con- & inscriptus, sed ab extraneo homine laico sumptibus Collegii.

4.) Statutum specificum passivorum.

Loco statutum passivorum exhibitum fuit triarium mancum, in quo erant confusè conscripta quadam recepta & exposita pro annis 1760. 61. & 62. à 16. Sept. anni 1760. usque ad eundem diem anni 1763., sed plurima erant omissa.

5.) Computus super receptis & expositis ab ultima visitatione præstitis & præstandis.

Computus non sunt exhibiti, nec poterant exhiberi, quia non aderant, neque Capitularibus à D. Rectori computus unquam est præsentatus, nisi pro primo anno 1760., qui tamen non fuit approbatus propter defectum justificatorialium. Ab illo tempore Rector nec computum confecit, nec præsentavit.

Non adest.

6.) Inventarium mobilium ad Ecclesiam & Collegium pertinentium.

Decretum.

Producantur computus à DD. Rectoribus Geyer & Maass conscripti.

d

Nomina

Nomina Capitularium absentium & præsentium fuere sequentia:

1. Reinerus Krott, Rector.
 2. Gerardus Bertramus Kappel, Senior ante annos decem ad septennium à mensa communī exclusus, & ab illo tempore pariter exclusus à Capitulo ex rationibus utrūq; infrā.
 3. Henricus Gewer,
 4. Josephus Claren,
 5. Herm. Jos. Gummersbach,
 6. Engelbertus Grevenberg,
- } Presbyteri.
} Residentes, sed nondum ad promissionem
} admissi.

Dein omnibus in concreto proposita fuerunt sequentia Interrogatoria generalia.

- 1) Quæ sit eorum Fundatio?
- 2) Quo tempore, & à quo sit facta, & an in originali documento exstet?
- 3) Pro quot personis fundatio sit facta?
- 4) Qualia sint à primæva fundatione onera, & quæ obligationes?
- 5) Quæ obligationes ex post accesserint?
- 6) Quæ & quanta sint bona immobilia?
- 7) Quos exinde redditus fixos percipient.
- 8) Quæ sint Capitalia adhuc fluida, & quænam novissimis temporibus sint deperdita?
- 9) An Capitalia reluita iterum fuerint exposita & ubi?
- 10) An omni anno rationes & reliqua super receptis & expositis sint præstata & coram quibus?
- 11) Quis sit ultimus computus?
- 12) An & quæ Capitalia post ultimam visitationem levata sint? an cùm consensu Ordinarii & Capituli?
- 13) An victus & amictus sit communis, quænam portiones in prandio & cœna, quando vinum apponatur, & quantum?
- 14) An singulis annis quilibet in parata pecunia aliquid ex redditibus Collegii perceperit, & quantum?
- 15) An quilibet habeat particulare peculium & liberam ejus dispositionem?

Primæva Fundatio ignoratur, dicitur tamen in Archivio existere, sed Rector & Fratres nihil de ea sciunt.

Adsum in Archivio desuper originalia Documenta.

In Archivio reperiuntur liber scriptus littera Petri, in quo habentur Ordinationes pro Collegio, personarum tamen numerus non est determinatus.

Tenentur ad obedientiam, sed non talem, quæ sit votum solenne. Obligantur ad matutinum legibile diebus ferialibus, quod in summis festivitatibus cantatur, nec non ad communem mensam & habitationem.

Non accesserunt novæ.

Sunt eadem, prout in statu Archivorum anno 1754. exhibita, & nova non sunt comparata.

Specificantur redditus in libro Recepturæ exhibito.

Capitalia specificantur in libro Recepturæ.

Respondet Rector, Capitalia reluita non fuisse iterum exposita. Vide infra.

Pro anno 1760. tantum, qui tamen computus capitulariter non fuit recessatus, non enim aderant justificatoriales.

Pro anno 1760. non recessatus.

Nulla; sed restant adhucdum antiqua solvenda.

Victus communis in prandio & cœna, non tamen amictus. Diebus Dominicis datur omnino quarta pars amphoræ, aliquando etiam festivis, quandoque etiam in cœna jusculum, olera & duo genera carnium cum butyro, in festivitatibus etiam affatae, diebus vero ferialibus dantur tantum olera & carnes salitæ vel fumatæ.

Quilibet annuatim 10. Imperiales & partem laudemiorum, ita ut Rector duplum, ceteri partem accipiant; item in admissione Fratrum quilibet 14. Imperiales. Ita notatur in Recapitulationibus de anno 1731.

Affirmative.

16) Quale

16) Quale habeant Officium divinum, quibus horis, & quomodo peragatur?

16) An quidam extra domum existant, & ubi?

18. Quales sint extrastantium obligaciones & onera nomine Collegii præstanda?

19) Quomodo & qualis fiat admissio Fratrum?

20) An dos aliqua conferatur, & quem in finem convertatur?

21) An & quomodo, & cujus autoritate dimitti possunt?

Describitur in folio separato.

Negativè.

Cessat.

Fit ab omnibus capitulariter, prout & duo Residentes admissi sunt capitulariter, & toties admittuntur novi, quoties Capitulo placet.

Affirmativè juxta facultates admittendorum, convertitur in usus Collegii.

Possunt dimitti juxta statuta, non admittuntur ad Professionem, sed tantum faciunt promissionem, & post promissionem, si possint suscipere Ordines, primo anno legunt 6. Sacra hebdomadalia, secundo anno 5., & tertio anno sunt Capitulares; & solvunt pro haustu vini 3. Imperiales. Ordinantur titulo Domus vel paupertatis.

Deinde jussit Reverendissimus Capitulares discedere, & Rector auditus est super sequentibus interrogatoriis personalibus, sicut & ceteri Capitulares juxta ordinem senii.

1) Nomen, cognomen, ætas, ordo & officium.

Rc. D. Krott, Rector annorum 51. Rector per annos 8. ab anno 1760. 15tā Sept., & ratione prædii Kempensis dicti Abelshoff quilibet novus Rector ab Abbe Gladbacensi feudum relevare debet, & ratione fundi collegialis ab Abbe S. Pantaleonis.

Ab anno 1741, ignorat dotem à Patre solutam.

Affirmativè, & quidem ritu Colonensi.

2) Quamdiu admissus, & quid detis contulerit?

3) An officium diurnum debito modo peragatur, an omnes intersint, & quinam soleant emanere?

4) An Capitulum super administratione temporalium aut disciplinare servetur?

5) An excessus puniantur, & quæ methodo?

6) An pareatur ordinationibus Rectoris?

7) An servetur lectio in mensa?

8) An silentium servetur, quando & ubi?

9) An cuilibet sit liberum de suo peculio disponere?

10) An quilibet pro suo lubitu possit exire & redire?

11) An sexus foemineus ad domum & conversationem admittatur?

Determinatis temporibus non servatur, sed pro emergente tantum necessitate, neque habetur disciplinare.

Affirmativè pro gravitate excessus in multa pecunia vel in bonum Ecclesiæ vel pro haustu vini applicandæ?

Affirmativè.

Affirmativè, quotidie à duobus junioribus leguntur Evangelium & S. Scriptura in prandio, in cena Martyrologium.

Stato tempore non servatur, nisi per Rectorem præcipiatur.

D. Rector asserit, id non licere juxta primæva statuta. Videatur diploma Cardinalis Joannis de anno 1449., quanquam Capitulares post Recapitulationes privativè & absque autoritate Superioris inter se factas invicem licentiam sibi arrogent & concedant.

Nonnisi cum venia Rectoris, & solent emanere usque ad nonam vel decimam, si serius emaneant, mulcentur in pecunia.

Honestæ personæ admittuntur, præcipue consanguineæ.

12) Quid

12) Quid in divino officio, administratio-
ne temporalium ac morum disciplina vel
observantia statutorum excessus, neglegtus
vel defectus observaverit?

13) An omnia bene agi existimet juxta
Institutum suum & statuta, vel quid existi-
met corrigendum vel abrogandum pro bono
temporali & spirituali domus & animarum
salute?

14) An pacificè inter se vivant, vel an
habeant lites & discordias inter se vel cum
extraneis, & cum quibus?

15) Quà horā de mane & vesperi omnes
teneantur esse domi, an & quinam in seram
noctem soleant emanere?

16) Annon habeat notitiam, quod aliqui
tabernas frequentent?

17) Annon ipsi constet, à quodam ex
Fratribus patrata fuisse scandala, ubi &
quando?

18) An habeat debita particularia?

19. Quæ sit causa, quod domus tanto
zre alieno sit gravata?

20) An habeat querelas contra alium
Confratrem?

21) An Rector ex Collegii reditibus ali-
quid in suos usus convertat?

22) An computus à Rectore fuerint Ca-
pitulo præsentati & recessati?

23) An fundata sint anniversaria, & ser-
ventur?

Decretum.

D. Rector doceat, quantum ex Vicaria
Tulpenensi ad almam Virginem Collegium
annuè percipiat, & quis ejusdem Vicariæ
modernus deservitor?

Respondeat Rector, quam dotem contu-
lerint duo Residentes?

Putat omnia in bono ordine esse, ita ut
nihil essentialiter emendandum.

Ut ad prius, sed non vidisse se statuta Col-
legii.

Nullas dicit ventilari lites, nisi cum D.
Seniore Kappel, quæ Romæ adhuc pendet.

Est responsum ut suprà.

Negativè.

Negativè.

Rx. Nihil sibi constare.
Temporum calamitas.

Negativè.

Negativè.

Negativè, neque conscripti, quia idem
Rector edixit se non addidicisse multum scri-
bere, neque numerare.

Affirmativè; sunt fundata, & servantur
juxta tabellam affixam.

Rx. Onera Beneficii præstat Pastor S. Petri,
cui pro duobus Sacris 12. Imperiales sol-
vuntur, & præterea pro anniversario, Col-
legium percipit reliquos reditus ad 8½. mal-
dera filiginis.

Primus Gammersbach	700. implex.
Secundus	600.
promiserunt afferre.	

Secundo loco auditus est D. Kappel Senior, & respondit ad personalia, ut sequitur.

Ad 1. Gerardus Kappel Senior 75. annorum, qui edixit se vidisse statuta Col-
legii in Camera Rectoris, sed Rectorem illa non curare, quia non scit illa
legere, multò minus intelligere; Fratres olim in describendis libris occupatos,
& Pensionarios in Collegio alitos fuisse.

Ad 2. Ab anno 1732. admissus & capitularis factus eodem die, quia Presbyter
erat. Pro dote contulit 500. imperiales in specie, ex quibus quilibet
Capitularis accepit 20. imperiales, reliqui dicuntur in usus domus expositi.

Ad 3. Affirmativè.

Ad 4. Nunquam dicit servatum, deberet autem servari singulis mensibus.

Ad 5. Committuntur, sed non puniuntur, sicut factum est cum defuncto D.
Freyaldenoven, qui singulis diebus vino adusto inebriatus maximo tempore
in popinis hæsit, & scandala commisit, nunquam tamen à Rectore correptus
fuit. Rector ipse D. respondentem 1mà Januarii 1760. violentas manus intulit,
quæ causa percussionis gravis ipsius respondentis usque ad sanguinem à mo-
derno Rectore N. Krott factæ coram Officiali fuit denunciata, & adhuc pen-
det, & provocat respondens percussus ad testes Organædum modernum &
Sartorem.

- Ad 6. Affirmativè, saltem pro sua parte, pro aliorum' parte se nihil posse dicere,
 quia Rector nescit, quid sit disciplina.
 Ad 7. Nescit, quia in Refectorio non adest.
 Ad 8. Nescit, ut prius, & petenda est ratio à Rectore, quare non admittatur
 ad mensam.
 Ad 9. Affirmativè iuxta Recapitulationes.
 Ad 10. Cum venia Rectoris.
 Ad 11. Contra novissimas Ordinationes admitti à Rectore quascunque fœminas
 ad mensam & ad Cameras.
 Ad 12. Dicit, nihil observari in temporalibus, nec in disciplina, adeoque plures
 committi excessus & defectus.
 Ad 13. Putat, omnia minus ordinatè & perfundorè fieri.
 Ad 14. Dicit, esse notoria.
 Ad 15. Horā nonā tenentur juxta ultimam ordinationem.
 Ad 16. Nescit; seit autem, Rectorem singulis diebus post vespertas exire &
 emanere usque ad nonam, eundēnque alias tabernam frequentasse in platea
 Rupfergas nuncupata apud Braxatorem Beull; dicitur etiam singulis ferè
 diebus adire fœminam in vicinia des Akenmachers nuncupatam, quacum vi-
 num &c. Collegii consumit; desuper audiatur vicinia, præcipue in der Ross-
 mühlen.
 Ad 17. Nescit pro nunc de scandalis, sed alias de pluribus, ita ut Collegium
 fabula vulgi fuerit.
 Ad 18. Respondens dicit se non habere.
 Ad 19. Causa depauperati Collegii est helluatio & potatio D. Rectoris cum
 extraneis & cum sua familia, & alimentatio inutilium domesticorum; cum
 illis extraneis aliquando prandium protrahitur usque in seram noctem, præ-
 cipue cum suo Cognato Mertzenich.
 Ad 20. Injunctum fuit D. Seniori, ut sua gravamina in Scripto ad Protocollum
 producat.
 Ad 21. Dicit, se credere id fieri, quia à primo tempore fui Rectoratus nullum
 computum reddidit.
 Ad 22. Dicit, adesse 16. Anniversaria, nullum autem servari.

Mercurii 17. Augusti R. D. Senior Kappel exhibuit ad Protocollum in Scriptis sua
 gravamina sub N. 3.

Eadem die ad interrogatoria personalia D. Gever respondit, ut sequitur.

- Ad 1. Henricus Gever, Sacerdos 68. annorum.
 Ad 2. Admissus anno 1727., pro dote contulit 400. Imperiales præter convivia
 & nummos statutarios ad 100. Imperiales inter 10. Capitulares dividendos
 & in die Primitiarum cuiilibet 2. Imperiales.
 Ad 3. Dicit pro parte sua & aliorum satisfactione fuisse.
 Ad 4. Nunquam fuisse servatum tempore moderni Rectoris, bene verò alias sub
 Rectore Gever.
 Ad 5. Jam nihil fieri.
 Ad 6. Affirmativè.
 Ad 7. Affirmativè, omni die.
 Ad 8. Tantùm sub lectione.
 Ad 9. Affirmativè.
 Ad 10. De venia Rectoris.
 Ad 11. Rarò, sed tamen aliquando fieri.
 Ad 12. In officio divino nihil reformandum esse putat, in disciplina multa esse refor-
 manda; quæ reformatio tamen non subsequitur, quia Rector nihil de Statutis
 aut Disciplina scit.
 Ad 13. Quoad temporalia se nihil scire ob defectum computuum.
 Ad 14. Jam nihil.
 Ad 15. Jam omnes stato tempore adesse, se autem hucusque sub moderno Rectore
 potuisse ad Romanam emanere.
 Ad 16. & 17. Se jam nihil scire.
 Ad 18. Se non habere.

- Ad 19. Id pertinere ad Rectorem, in eoque causam esse.
 Ad 20. Aliam non, quam ut statuta melius serventur, & quod Rector nihil intelligat.
 Ad 21. Quondoque
 Ad 22. Nullum computum fuisse à Capitulo recessatum, & unum tantummodo finè justificatorialibus à Rectore presentatum.
 Ad 23. Nullum servari anniversarium.
 Et imposito silentio dimissus est.

Dominus Claren.

- Ad 1. Ætatis 58. annorum.
 Ad 2. Admissus anno 1733., pro dote dedit 1000. Imperiales, omnibus comprehensis ad 1800. imperiales.
 Ad 3. Affirmative.
 Ad 4. Negativè.
 Ad 5. 6. 7. 8. & 9. Affirmativè.
 Ad 10. Affirmativè cum venia Rectoris.
 Ad 11. In horto, sed rarò.
 Ad 12. Quoad officium divinum nihil, quoad temporalia sibi nihil ob non exhibitos computus constare.
 Ad 13. Sperat omnia successu temporis per Visitationem melioranda.
 Ad 14. Affirmativè, séque cum nullo item habere.
 Ad 15. Posse se sub moderno Rectore usque ad 1000 emanere.
 Ad 16. 17. & 18. Negativè.
 Ad 19. Se nescire, quia rationes & reliqua non vidit.
 Ad 20. Se querelas non habere.
 Ad 21. Se hoc nescire.
 Ad 22. Non servari.
 Ad 23. Se nullum vidisse computum.

Et imposito silentio dimissus est.

Hermannus Henricus Gammersbach ex Aldenrath.

Ætatis 23. annorum, in minoribus constitutus adhuc, residens à Paschate a. c. Pro dote 700. Imperiales se daturum promisit præter jura statutaria ad 50. Imperiales & 6. Imperiales pro iuribus Capituli, & insuper expensas trium conviviorum; hucusque autem nihil solvit, nisi pro admissione medium Ahmam vini cum aliqua quantitate piscium. Præterea promisit pro die Primitiarum integrum Ahmam vini cum portione carnis Sylvaticæ. Statuta dicit sibi non fuisse prælecta, sed aliquas tantum conditiones & obligationes ipse fuisse oretenus dictas, quas credit se servare posse. Dicit quoque, se hucusque contentum vixisse, se teneri ad chorum, à quo nunquam abest. Dicit servari sacram lectionem, & sub ea silentium, alias non; admitti foeminas honestas; se hucusque etiam non notasse discordias; se nullas habere querelas contra quemicunque; se scivisse, quod domus fuerit ex parte obœrata, sed non tantopere; aliquando admitti aliquos à Rectore ad mensam, sibi de debitibus quotidianis nihil constare; se non habere jamtum peculium proprium; se dare adhuc operam Theologiæ. Et sic dimissus fuit.

Jovis 18. Augusti.

Engelbertus Grevenberg residens, Agrippinensis, annum agens 200um, nondum in majoribus Ordinibus constitutus, residens à festo Paschæ a. c., hucusque tantum humaniores Scholas absolvit. Dicit, se jam sub Repetente Philosoipoiam & Theologiam velle audire. Pro dote promisit se post promissionem daturum 600. Imperiales. Pro admissione solvit cuilibet ex Capitularibus jura statutaria. Pro convivio admissionis dedit vinum & portionem piscium. Statuta sibi nondum prælecta afferit. Sacram lectionem ait servari, & sub ista silentium, alias non. Sororem & Matrem dicit admissas esse foeminas, se nullas habere querelas, se scivisse aliqua debita, sed non omnia, aliquando admitti extraneos ad mensam communem, de debitibus quotidianis se nullam habere notitiam, se nullum proprium habere peculium. Ceterum subjungit, se contentum esse, & se volente Deo perrecturum hic vivere. Ex obligatione Collegii dicit se teneri quotidie interesse officio divino, denique se contentum esse portionibus mensæ quotidianæ, aliis se non occupari rebus, quam choro, studio Theologiæ & Philosophiæ, nec non cantu.

Postremò auditus est portarius laicus, Casparus Grevenberg, 32. annorum, quā laicus assumptus ad domum anno 1761. Promissionem fecit solitam & consuetam; peritus pulsandi organum & ministrandi in Ecclesia, portam custodit. Pro dote contulit 500. Imperiales præter jura Capituli; fruitur mensā communī, quā se contentum asserit; ubi nullas quoque alias querelas se habere profitetur, & cum omnibus se pacifice vivere. Pro fine, imposito silentio dimissus est.

Ex tunc processum est ad examen statū activi reddituum & passivi debitorum, ex quo patuit, cœconomiam male administratam, Collegium ære alieno oppressum, redditusque ad alendas modernas Collegii personas non sufficere.

In Fidem præmissorum

M. J. Leinen Visitationis Actuar. mpp.



Sub Num. II.

Maximilianus Fridericus Dei Gratia Archiepiscopus Coloniensis, S. R. I. per Italiam Archicancellarius & Princeps Elector, S. Sedis Apostolicæ Legatus Natus, Episcopus & Princeps Monasteriensis, Westphaliæ & Angariæ Dux, Burggravius Strombergensis, Comes in Königsegg-Rottenfels, Dominus in Odenkirchen, Borkelohe, Werth, Aulendorff & Stauffen &c. &c.

Ordo ubi non est, ibi horror; hic ut cestet in Collegio S. Michaelis in Weidenbach, servetur in illo sequens diei Ordo Præliminaris.

1. Mane horā 4tā dato signo omnes surgunt, & primitias Deo suo, in quo stamus, vivimus, movemur & sumus, eliciendo actum perfectæ charitatis & desiderii euni semper laudandi consercent, ac imploratis Sanctorum suffragiis pro explendo officio matutino in maximam animus redigatur, alacritatem & lætitiam.
2. Medio 5tæ, factâ præviè intentione benedicendi Nomen Sanctum Domini, & specialiter orandi pro omnibus Benefactoribus hujus Collegii per Chorus, instar Cœlestis Militiae, devote & attente matutinum cum pausis legatur, & toto nitantur Dominum corde simul ac voce collaudare.
3. Dicto matutino in Choro, vel si frigus sit intensem, cum veniâ Rectoris in Refectorio calefacto, per quadrantem horæ prælegatur punctum meditationis, ejusdemque meditationi exposit in silentio, & quasi in sancta solitudine, pro reformato interiore homine, adhuc quadrantem horæ impendant, ita ut in compunctione cordis quilibet ad Deum quasi ingemiscat: Jamjam loquere Domine! quia audit servus tuus; audiant etiam, quæ tunc Dominus ad cor ipsorum loquetur, & quæ audierint, in usum traducant, proposita pro qualibet die specialis cuiusdam virtutis seu defectus seriâ emendatione, & specialis virtutis exercitatione, ut exinde fructus in conscientiâ residat, & dum vetus homo sic reformatur, novus isque sanctior, qualis Presbyterum decet, in virtù resplendeat, nullaque diei hora præterfluat, quæ hac ratione ad meritum apud Dëum non ponatur.
4. Meditatione peractâ omnes ad Sacrificium Missæ dignè celebrandum se recipiant, & extra Collegium celebratur moram non faciant, ut statim revertantur, & mediante studio privato se ad Lectio[n]em Theologicam præparent, prælegetur autem cum morali, Dogmatica & S. Scriptura.
5. Absolutis horis minoribus juxta ordinem senii ad mensam ibunt, & inter eundum pro Benefactoribus Psalmum: De profundis, cum Collectis consuetis orabunt.
6. Cum juxta Caput 4. Statutorum indignum sit omnino, ut proviso viliore servo nobilior Dominus negligatur, & refecto corpore anima famescat, statuimus, ut à principio mensa usque ad finem Lectio sacra, per Rectorem ordinata, recitetur, ad quam omnes sub silentio auscultabunt, & si à Rectore licentia loquendi concedatur, quod tamen nonnisi semel in hebdomadâ fieri debet, nullatenus ad inanes & fœculares discursus diffuant, sed observatâ honestate & morum gravitate de peractâ sacrâ Lectio[n]e, vel de Historiâ ecclesiasticâ inter se conferant.

Lectio

Lection in mensa juxta jamdictum Caput Statutorum per vices hebdomadales à juniore incipiendo usque ad seniorem inclusivè altè & distinctè servabitur.

Legantur autem, præter Homiliam diei, Historiæ & Sanctorum Passiones, sicut Sermones & Ss. Patrum Moralia.

Extra mensam nemo sine licentiâ Rectoris comedat vel bibat.

7. Mensa absoluta, facta præviè adoratione Sanctissimi in Choro, & recitato: Miserere, cum Collectis in transitu ad Chorum per horam erit colloquium, vel deambulatio in horto; sed prudentes, ædificativi & utiles sermones tractentur.
 8. Post colloquium unam die per horam servetur exercitium Cantus, altera die exercitium rituum, rubricarum & functionum pastoralium juxta præscriptum Agendae Colonensis, quæ ad manum & pro norma erit, tertia die prælegatur Historia ecclesiastica Authoris N. Gravelon.
 9. Horam 2dæ pomeridianæ omnes studio privato Theologiæ vacabunt.
 10. Horam 3tiæ Vesperæ & Completorium devotè recitentur.
 11. Post Vespertas iterum studium privatum Theologicum.
 12. Medio 7mæ Cœna cum Lectione sacrâ.
 13. Horam 7mæ Colloquium spirituale.
 14. Medio 8væ ad Chorum, & adorato Sanctissimo, & recitatis Litanis de dulcissimo Nomine Jesu, servetur consideratio vespertina cum examine conscientiæ, quid mali, aut qui defectus hac die commissi, vel quod bonum omisum fuerit.
 15. Horam 8væ omnes ad requiem festinabunt, orantes, & cum Deo suo conversantes, donec obdormire inceperint; à quo tempore altum erit ubique silentium, quod etiam tota die extra tempus colloquii strictè ubique, etiam in communi Musæo, ne alter alterum in studiis turbet, observabitur; dubia proponenda vel ad tempus Colloquii vel Lectionis Theologicæ reservari mandantes.
 16. Nullus alterius Cameram accedat, neque exhibet è Collegio extra tempus Missæ celebrandæ, nisi de prævio consensu Rectoris, aut in illius absentia, in casu necessitudinis, de venia Senioris.
 17. Qui contra unum ex prædictis punctis egerit, toties quoties in multam duorum alborum, vel pro gravitate defectus aut frequentis relapsus arbitrariam, à Rectore determinandam, in usum Bibliothecæ Collegii solvendam incidet.
- Præsentem Ordinationem, Statutis Collegii accommodatam, velut normam & regulam ab omnibus inviolabiliter observari mandamus, plura in reditu Nostro ordinaturi, ut efficiamini forma Gregis & Ideæ veri Sacerdotii, & Vobis sit gloria coram Deo & hominibus & salus sempiterna, quam in Domino Vobis impertimur. Datum Monasterii Westphaliciæ die 20mæ Novembris 1769.

Maximilianus Fridericus Archiepiscopus & Elector.

(L.S.)

Vt. J. P. de Horn-Goldschmidt Vicarius Generalis.

Sub Num. 12.

Extractus Statutorum

Clausula concernens Cap. II.

Si Visitatores in scrutinio Visitationis accusationes notabiles, seu excessus in Rectorem vergentes prospexerint, pro quibus merito amovendus esset, si alias rationabilibus causis adductus exonerationem officii sui ipse instantissimè peteret, consentiente utroque in ejus absolutione Capitulo doméstico vocatum eum in Capitulum à regimine suo eum exonerent.

Sub

Sub Num. 13.

Sabbathi 16tā Junii 1770.

Zu Cölln Rector und Canonici des Collegii ad S. Michaelem in Weydenbach contra
Chur-Cölln, Dero Vicarium Generalem Goldschmidt, so dann Magistrat
daselbst, Rescripti, puncto violentiarum

Absolvitur Relatio & Conclusum.

- 1) Cum inclusione Exhibitorum de präsentatis 2. Maii, 12. Augusti, und 12mā Decembbris anni præteriti, dann 2. Maii, und 11. Junii anni currentis, rescribatur dem Herrn Churfürsten zu Cölln.

Ghro Kaiserliche Majestät hatten daraus mit mehreren ersehen, welcher gestalten der selbe bey der durch densen General-Vicarium in dem impenetrantischen, mit einem besonderen von Kayser Eriderico III. glorwürdigsten Audenkens ertheilten Privilegio versehnen Collegialstift in Weydenbach anno 1768. in Spiritualibus vorgenommenen Visitation, bereits schon in dem Visitations-Decret de 20. Octobris ejusdem anni nicht nur in verschiedenen blos die Administrationem temporalium betreffenden Punkten einseitig verfüget, einen so nennenden economum mit besonderer allein ad temporalia wiederum demselben ertheilten Vorschrift angestellet, und zu einem nicht- und nulligen Vorgeschmack einer gänzlich intendirenden Abänderung dieses Stifts in seiner Gestalt die zwey Novizen ausgeschaffet habe, sondern das derselbe fernes nach der Hand den Rector des Collegii, als solcher so wohl bey dem geistlichen Oberrichter als auch Kayserlicher Majestät Hülfe gesucht, mit öffentlicher Gewalt selbst aus dem Stiftshaus wegführen, in Arrest bringen lassen, und in diesem so lang behalten wolle, bis er des Herrn Churfürsten Verordnung sich fügen, und allem recursui renuntiiren würde, wobei es dann der Herr Churfürst noch nicht beslassen habe, sondern noch weiter die zwey Stifts Geistlichen Gewer und Claren ganz nichtiglich allem weiteren recursui zu renuntiiren gezwungen, einen auswärtigen Rectorem viä facti angestellet, und nunmehr so gar des Stifts Gebäude selbst nieder zu werfen angefangen habe.

Gleichwie aber Kayserliche Majestät dergleichen einseitige Einmischungen des Herrn Churfürsten quā Ordinarii in blose temporalia nicht zugeben, zu Handhabung Kayserlicher von Dero glorwürdigsten Vorfahrerem am Reich ertheilten Privilegiem, öffentliche Contraventiones, und Gewaltthaten dagegen nicht zulassen, denen darauf provocirenden Personen die gebührende Hülfe bey allerhöchst Denenselben zu suchen nicht abschneiden, am allerwenigsten aber geschehen lassen könnten, daß, wie das bisherige Verfahren des Herrn Churfürsten deutlich verrathe, dieses so privilegierte Collegiatstift von demselben einseitig ohne Allerhöchstdero Vornissen, und Begnehmigung viä facti gegen den Claren Buchstaben des erhaltenen Privilegii in seiner ganzen Gestalt abgeändert werde.

Als wollten Ithro Kayserliche Majestät über all obiges des Herrn Churfürsten Verantwortung zu Fassung Kayserlicher weiterer Resolution in termino duorum mensium gewärtigen, anbey aber denselben mit cassation der von denen beyden Stiftsgeistlichen Gewer und Claren abgezwungenen renuntiationis litis, so viel solche Allerhöchstdieselbe betrifft, allergerechtst aufgeben, Rectorem und Collegium weder directe noch indirecte zu behinderen, ihren an Allerhöchstdieselbe genommenen Recurs fortzusetzen, den Rectorem sofort des Arrests zu entlassen, und mit allen ferneren Gewaltthaten, insonderheit aber mit weiterer Einreissung des Gebäudes an sich zu halten, auch wie dieses alles von Thar befolget worden, intra eundem terminum duorum mensium anzugezeigen.

- 2) Cum hujus Notificatione rescribatur dem Magistrat der Kayserlichen Reichstadt Cölln, einstweilen gegen diese Kayserliche Vorschrift aller weiteren dem Herrn Churfürsten zeithero geleisteten Assistenz sich zu enthalten.
3) Communicentur partis impenetrantis mandata procuratoria parti impenetratæ alteris exemplaribus apud Acta retentis.

(L.S.)

Johann Georg Reitzer.

Sub

Sub Num. 14.

Extractus Concordati inter Archiepiscopum Coloniensem & Electorem ex una & Civitatem Coloniensem ex alterâ partibus de anno 1506.

Clausula Concernens.

Sum dritten, als auch ein Zeit her der Official oder geistlicher Richter, des obgenannten Unseres Lieben Herrn und Freund Erzbischof von Cölln unterstanden mag haben, und untersteht, über Erb- und Erbzal auch über Erbrechte Fahr und Zins, die auf den Erben, und Erbzalen stehen, und sich davon zu geben gebüren, auch über die Ueberbau, und Reumung der Erben zu gebiehen, ist nuhn durch Uns vertragen, daß der Official oder geistlicher Richter, indem die Erb-, und Erbzahl, die weltlich, und auff weltlichen Enden gelegen sein, fortan kein geistlich Mandat darüber noch dagegen ausgehen lassen, urtheilen noch erkennen soll, sondern was weltlich Erb-, und Erbzahl, Fahr und Reumung derselbigen berürt, soll vor den weltlichen Gerichten in Cölln, da die gehören, und Dinctyfichtig sein unverhindert vom Official oder geistlichen Richter bleiben, erkannt, und geurtheilt werden, aber über die geistliche Erben, und Erbzalen auf geistlichen Enden gelegen, und den Geistlichen zuständig. soll der Official und geistlicher Richter erkennen, und urtheilen mögen, wie von Alters Recht und Gewohnheit gewest, und noch ist.

Sub Num. 15.

Lunæ den 30. Septembris 1771.

In Cölln Rector, & Capitulum Canonicorum ad S. Michaelm in Weydenbach contra Chur-Cölln, & Consortes Ref. in puncto violentiarum sive impetrantischer Anzwalde Vacano sub præl. 28. hujus exhibit allerunterthänigste Anzeige eines neu begangenen attentatorischen Facti, & supplicat pro clementissime Ordinationem Cæsaream ad illud extendendo, appon. ult. Concl. & Lit. A a a. in duplo.

Absolvitur Relatio & conclusum.

Sed sit Verwerfung der eingewandten Exceptionum Fori und unhinlänglichen Verantwortung, & cum inclusione des impetrantischen Exhibiti de præl. 21. Januaris a. curr. referribatur dem Herrn Churfürsten zu Cölln: Thro Kaiserliche Majestät hätten alles dasjenige, was Derselbe und sein General-Vicarius in temporalibus gegen das impetrantische Collegium und dessen Mitglieder einseitig versügt um so mehr allergerechtest cassirt, als sich der intendirten Beschönigung unerachtet aus allen Umständen klar ergebe, daß es damit allenthalben auf gänzliche Abänderung der ursprünglichen Gestalt, und fundamental-Verfassung dieser Stiftung abgesehen seye, worunter dem Herrn Churfürsten etwas einseitig, und ohne Allerhochst Kaiserlichen Vorwissen, und Mitwirkung zu versügen nicht zugestanden, zumalen das impetrantische Collegium unter Allerhochst Kaiserlichen special-Protection stehe, und von Allerhochstero Vorfahrern besondere Versicherung und Bestättigung seiner Grundverfassung erhalten. Es habe daher der Herr Churfürst alles in voria gen Stand herzustellen, so nach aber den nicht ex causa ecclesiastica seines Officii entsetzen, sondern erst post Visitationem in Absicht einer mit dem Stift vorzunehmenden gänzlichen Abänderung removirten Rectorem Krott in sein Officium ohngezäumt wiedereinzusetzen, den angestellten æconomum abzuschaffen, dem Stift die Wiederaufnahme zweier Novizen gestatten, und das Stiftsgebäude Impetrantibus zu ihrem alleinigen Gebrauch zu überlassen, alle verursachte Schaden und Kosten zu erstatten, den Rectorem Krott, und die zwei Clafsgästliche Gewer und Claren nach bereits vorhin beschreiber Cassation der den Zweyen abgezwungenen Renuntiationis litis an Kaiserliche Majestät unter dem Vorwand der neuuerlichen Renuntiation nach der in denen Beylagen des angeschlossnen Exhibiti wie- derhohltten

derhöhlten Revocation derselben an ihrem Recurs nicht zu behindern, noch solchen ihnen auf keinerley Art entgehen lassen, und wie all - solches geschehen, in termino duorum mensium anzuzeigen. Wornächst dem Herrn Churfürsten unbenommen bleibe, falls er ob malam Administrationem temporalium, oder sonst eine Abänderung der stiftischen Verfassung und Form nothwendig erachten sollte, davon zuvordrift bey Thro Kaiserlichen Majestät die Anzeig zu thun, und es in die Wege zu leiten, daß von Allerhöchstdenen-selben ein weltlicher Commissarius zu legaler und unparthenischer Untersuchung der tempo-ral-Gebrechen an - und dem geistlichen Richter in dieser causa mixta beygeordnet werde.

Johann Georg Reizer.

Sub Num. 16.

Infrascripti Capitulares Collegii in Weidenbach tanquam major pars ejusdem Collegii ex tribus tantummodo personis constantis, fidem facimus, & attestamur per præsen-tes, quod in lite Collegium nostrum concernente, & in Consilio Aulico Viennæ prætense pendente nullam partem habere velimus, & contra Mandatum procuræ, quod Domino Agenti Vacano forsan datum est, hisce tanquam major pars Capituli solemniter protestemur, illudque revocemus, de expensis, & damno quounque pro-testando. Signatum Coloniz 15. Septembris 1772.

Gerard Bertram von Kappel Collegii Weidenbacensis Senior mpp.
Henricus Gewer mpp.

*In Fidem, & pro agnitione manuum in mea praesentia subscriptarum
scripsi, & subscripti*

(L.S.)

Casp. Engelb. Wahl Notarius Cæsareus publ. immatricul.
& requisitus mpp.

Sub Num. 17.

Jovis 2dæ Julii 1772.

Bin Anwesenheit Sr Hochwürden Hrn Obersiegleren Kauffmanns S. T. seind vor mit zu Endgefertigten Notario, und unten benannten Zeugen erschienen Herr Bertram Kappel Senior, und Herr Henrich Gewer Subsenior des Collegii Canonorum zur Weidenbach, welche also erscheinende, nachdem ihnen vorgetragen worden, daß ihre Gesinnung in Betref des Rectorats obgemelten Collegii, und vorwaltenden Strittigkeiten freywillig abgeben, und eröfnen mögten, sich dahin geäußert, daß zwar für überflüssig erachteten, nach vorher schon schriftlich, und mündlich abgegebenen Erklä-rungen, abermalen darüber aufs neue vernommen zu werden, jedoch auf Verlangen anjetz zu mehreren Gesicherung, daß dabei ohnabänderlich bestünden, erklärtet sich, daß

imò Die in Betref dieses Collegii vor Sr Churfürstl. Gnaden, als Erzbischöfen zu Köln gemachten Verordnungen in spiritualibus, wie nicht weniger in temporalibus ohne mindesten Vorbehalt für rechtmäßig, und nützlich anerkennen, und in desto größerer Bereitwilligkeit annehmen, da sie gesichert wären, daß nicht Abänderung des Instituti vorhanden, sondern vielmehr selbiges dadurch werde, auch ihnen zustehende Privilegien, Vorfüge, und jährliche Nutzbarkeit verletzt zu belassen die Busage geschehen.

2dō Erklärten vorbenennte Herren beyde einhellig, daß sie sowohl in dem Proces, so bey dem höchstpreislichen kaiserlichen Reichshofrath obschwebet, als auch andern Rechtsständen, so bey dahiesigem Erzbischöflichen Officialat angehoben, gar keinen Anteil jemals genommen, und für in Zukunft desto weniger zu nehmen gesinnet seien, als überzeugter sie wären, daß solche zu augenscheinlichen Schaden des Hauses so in Geistlichen, als in Weltlichen gereichen, und die jetzige Verfaßung in allen Stücken zu billigen wäre. Und wann auch eine Vollmacht, oder Bestimmung von ein- oder andern beyder Comparenten irgendwo wider ihr Wissen sollte vorbracht seyn, sie dieselbe nicht anders als unächt, und unterschoben anerkannten, und erklärten.

3tō Erkennen sie beyde Comparenten abermalen, wie vorher schon mündlich, und schriftlich abgegeben hätten, den von Sr. Churfürstlichen Gnaden angeordneten Rectoren Hrn Canonicum, und Ss. Theologiae Doctorem Daniels für rechtmäßigen Vorsteheren dieses Collegii, solcher Gestalten, daß auch auf allen Fall sie Comparentes selbst, als major pars Capituli denselben hiemit freywillig dazu ernannt haben wollen, und ernannten. Solchenach missbilligten sie

4tō Die von dem jüngern Mitcapitular Hrn Joseph Claren jüngsthin unterm 27. Junii zu meines unterschriebenen Notarii Protocollo eingelegte Protestation, und wollten anmit nicht nur gegen diese Protestation, und all weiter anzuhebendes dessen widriges Unternehmen, und Klagen, als ihrer Gesinnung, und Meynung, wie auch dem Wohlfeyn des Collegii zuwider, imgleichen gegen alle deßfalls verursachende Kosten, und Schaden in bester Form Rechtens protestirt haben.

Zu messen Wahrheits Urkund beyde Comparentes nach vorhergangener deutlicher Verlesung gegenwärtiges Instrumentum in mein, und der Zeugen Gegenwart eigenhändig unterschrieben haben, so geschehen Cölln am Rhein auf Jahr, und Tag wie Eingangs gemeldet.

Gerard Bertram Kappel, Senior Capitularis Collegii S. Michaelis in Weidenbach.

Henricus Grewer, Capitularis Subsenior mpp.

Christian Becker als Zeug.

Joan Tongatz als Zeug.

*In Fidem, & pro agnitione manuum in mea
præsentia subscriptarum subscripti.*

E.J.Schierhoven Notarius Apostolico-Cæsareo.
publicus specialiter requisitus mpp.

Concordat suo originali ita est:

M. J. Leinen Protonotarius Apostolicus.

In præsentia Illustrissimi & Excellentissimi Domini Domini Nuntii Apostolici ad tractum Rheni infra scripti Capitulares Collegii in Weidenbach intra Coloniam fidem facimus, & attestamur per præsentes.

Imō Quod nos tanquam major pars Capituli ex tribus modō personis constantis sub 2da Julii anni currentis ordinationes Archiepiscopales pro restauratione Nostri Collegii emanatas, ut & in evidens bonum Nostri Collegii vergentes agnoverimus, & citra omnem exceptionem, & reservationem liberè & spontaneè acceptaverimus.

2dō Quod litis contra ordinationes Archiepiscopales hac in parte motx nullam partem unquam habuerimus, vel habere cogitemus, & quatenus constitutio, sive mandatum sub utriusque, vel alterutrius nostrum nomine alibi desuper exhibuit fuerit, idem ut spurium, supposititum declaraverimus, sicut hisce liberè & spontaneè declararamus.

Quod Dominum Godefridum Daniels Ss. Theologiae Doctorem ut legitimum Nostri Superiorem & Rectorem pariter spontaneè agnoverimus & admiserimus, quatenus opus esset, in eo ipso actu, ut major pars Capituli in Rectorem seu nominatum voluerimus, imō elegerimus & nominaverimus, & denuo adhuc ex superabundanti eligamus & nominemus.

4tō


4to Quod à juniore Capitulari nostro Josepho Claren ubicunque interpositam protestationem, & item improbaverimus, & contra omnes ejus ubicunque faciendo motus, & processus tanquam nostrae intentioni & menti non minus, quam flori Collegii adversantes, sicut & contra omnes desuper causandas expensas & Collegii damnum in optima Juris forma reprobata simus, sicut denuo hisce solennissime protestamur, omni liti liberè & simpliciter denuo renuntiantes & mandatum undecunque Domino Agenti Vacano datum, nullum & irritum declarantes, in fidem praæfentes manu propria subscriptissimus. Actum in S. Nuntiatura Colonensi.

Gerrard Bertram von Kappel Collegii Weidenb. Senior mpp.
Henricus Gewer mpp.

(L.S.)

In Fidem præmissorum nec non pro agnitione manuum in mea prædicta
subscriptarum subscripti, Sigilloque meo Notariali communio.

Ego Casp. Engelb. Wahl Notarius Cæsareus publ. imm.
& requisitus mpp.



Sub Num. 18.

Veneris 11. Augusti 1775.

Zu Cölln Reftor, und Capitulum Canonicorum ad S. Mich.
contra Chur-Cölln, & Consort. Exhibita utriusque par.
worauf der Schlüß ergangen, wie folgt:

1) Mit abermaliger Verwerfung der von dem Herrn Churfürsten Ordnungs-widrig gemachten Einwendungen, und unsatthofsten Declarationen, und übrigen Geschicks, auch mit Cassation alles dessen, was immittelst von des Herrn Churfürsten General-Vicario, und dem intrudirten so genannten Rectore Daniels Judicat-widrig vorgefehret worden, detur dem Herrn Churfürsten ex officio terminus 2. mensura, um denen vorigen Kayserlichen Judicatis ein völliges Gnügen zu leisten, cum extensione ad nova facta, somit den Daniels gänzlich abzuschaffen, den Gewer, und Claren in das Collegium mit ihrer voriger Freyheit wieder einzusezen, ihnen das Haus alleinigen Gebrauch unentgeltlich zu überlassen, die præcipite Fructus nebst Erdenen Schaden, und Kosten zu restituiren, denselben die freye Wahl eines unter sich, oder aus einem der uniuerten Collegiorum frey zu lassen, auch sie nehmung anderer Novizen nicht zu behinderen, und dieses alles unter Verwendung, daß im widrigen Fall auf Impetranten Anrufen die real-Execution fannet seye, und è Cancellariä expeditirt werden solle.

2.) Communicentur demselben zu solchem Ende die Impetrantische Exhibita de sentato 28. Aprilis, 25. Maii, 30. Junii, 3. und 24. Augusti, 2. Octobr. und cembris 1772., 5ta Februarii 1773., dann 8. Martii 1774. ad Notitiam.

Johann Georg.



